

CAROLI IX. GALLIARUM REGIS:

& Francisci atque Henrici Momorantium: cusi,
 uti videtur, post prælum ad Druidum
 urbem commissum. Anno Chri-
 sti 1562.



CAROLO IX. (*quem ex indole præclarâ ac generosâ vel ipso etiam Hercule maiorem futurum sui ominabantur*)

Momorantios duos adungere placuit: quod fidelem admodum ipsi, cum alijs in prælijs, tum eo vel maximè, quod ad Druidum urbem gestum fuit, navarunt operam. Henrici nobile factum, & qua virtutis, quâ roboris specimen egregium: quod cum Patrem Annam Momorantium jam captum, & aciem Regiam inclinare vidisset, ac Condæum Principem auctis jam suorum animis, pro victore se gerere animadvertisset, ipse, facto cuneo, in peditatum istius irruit, neque ante pugnandi finem fecit, quam, viâ armis factâ, in ipsum invehens, equo globi ictu vulnerato, Principem cæperit. Non enim dubitavit, quia ex perimurratione Parens pro eo facillè dimitteretur: quod & factum est. Adeò insuper, obfirmato animo, prælium continuavit, ut à persequendis hostibus vix multâ nocte in castra redierit, Jacob.

Schrenck à Nozingen.